

1532. y. 12. Martij

177

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Hungariae
Bohemiae Regis

Serenissime Princeps

57

Paucis ante declaraverunt nobis per Literas
omnes Ordines marchionatus moraviae
quod in Conventu Publico pro festo
trium Regum proxime apud se celebrato
unanimes omnium Ordinum Consensu
super negotio a Wilhelmo Cuna de
constat contra Serenissimam Coniu-
gem nostram, de quadam literalis obli-
gatione Illustrissima olim Domine
matris sue Domine Isabellae Ducis
mediolani et Bavi suscitato, ita Dece-
verint, ut ipsi Wilhelmo praedicto, licet
et sit liberum representatis uti Serenissi-
maeque Coniugis nostrae, quos vis Sub-
ditos vel devotores utro utroque per
moravianam committentes pignora et
detinere, Quibus cum nos rescribere feci-
mus, nihil eiusmodi quidem nos un-
quam ab Ordinibus moraviae expectasse,
neque ullam dispendij mutui inter nos
occasionem quesivisse, verum cum ipsos
advertamus intervenisse officio id Wilhelmi
Cunae

Junia Conatibus et cupiditati tribuere quod
Publicae tranquillitati nocere; et nostram
Dignitatem ledere debeat. Curatores nos
viciisim spero ut vel eodem repressalium
iure vel alio quovis vindicanda iniuria
generis Subditi nostri & Serenissime
Coniugis nostre a vi et impetitione
Cuiusvis si repressalia non fuerint revo-
cata protegantur, Iterum nobis responde-
runt se nequaquam posse a primo insti-
tuto discedere, neque id quod semel concepum
est revocare quam illorum in sententia
permanerem licet moravia Incolis
magis quam Subditis nostris incommo-
dam persequeremur, & terrores eiusmodi
nihil reputemus, maiestatem tamen
vestram rogandam Dedimus et pluri-
mum rogamus, ut Sicut quomodo nostri
iniuria provocentur, id apud presiden-
tes Marchionatus Moraviae Demanda-
re et constitutere velit ne iudicia ip-
sius Vilhelmi haec facultas concedatur,
qua & communem tranquillitatem
et ius bonae vicinitatis, Dudum inter
Regni nostri et Marchionatus Moraviae
Incolas obervatam perturbari et nostra
Serenissimeque Dominatio Coniugis no-
strae Dignitas & estimatio ledi possit.
Factura id maiestas vestra pro Re-
publica totius Christianitatis quam
nostra

nostra privata nequitate Cuius amori
ette. D. d. Crauore 12. Martij 1532.
Regni nostri 26. a

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

